



MARTYRIVM STEPHANI E PANDECTIS HEBRAEORVM ILLVSTRATVM



PRO O E M I V M

Sulet quidem magna in laude ponit, historiae sacrae, quae in noui foederis libro continetur, monumenta gentium diuersarum, Graecae potissimum et Romanae consuetudinibus, moribusque explicare. Hos tamen haud ultima laus manet, qui ritus antiquos populi, praecipue illius, cuius in finibus et Christi et primorum Christi cultorum res gestae fuerunt, ad textum sacrum Apostolorum transferunt. Nolo quidem inficias ire, per amoenam esse, et sua quadam suavitate refertam florum sparsionem, qui e diuersis regionibus in pandecten sacrum colligi solent. At enim uero saepius minima quedam rerum ac uerborum similitudo doctissimis quoque uiris persuasit, ut facile crederent, ex iis